UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XII. Gebhard der Aeltere von Alvensleben und dessen Söhne vereignen dem Stifte Halberstadt 7 Hufen Landes zu Emden, am 18. Februar 1283.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55003

Visual Library

XI. Gebhard d. Aeltere von Alvensleben vereignet einem Bürger in Magdeburg zwei von ihm zu Lehn getragene Hufen in Glüſig in der Abſicht, ſie dem Kloſter zu Althaldensleben zuzuwenden, am 23. April 1282.

Geuehardus ſenior de Aluenſleue, miles, — — a Conrado de Haldenſleue, ciue Magdeburgenſi, cum diligentia requiſitus, vt ei duos manſos proprietatis mee, ſitos in campo ville Gluſinge, et pertinentes ad eos duas areas ſitas in villa eadem — — quos jure feodali a me pluribus ante temporibus redimerat, iure proprietatis venderem, hoc reſpectu quod — — deinde ipſe eoſdem monaſterio — — in veteri Hallenſleue — — conferret — —. Ego — — ſuper hiis heredum meorum requiſiui et obtinui voluntatem vt decuit et conſenſum, propter quod — — acceptatis ab ipſo Conrado quatuor marcis Stendal. argenti, commiſi eidem — — eoſdem manſos titulo proprietatis — — poſſidendos. — — Datum Arrekeſleue, Anno domini M°. CC°. LXXXII°. IX°. Calend. Maji.

Nach einer Abſchrift im Halberſt. Dom-Archive, aus der Wohlbrückſchen Sammlung.

XII. Gebhard der Aeltere von Alvensleben und deſſen Söhne vereignen dem Stifte Halberſtadt 7 Hufen Landes zu Emden, am 18. Februar 1283.

Nos Geuehardus ſenior de aluenſleue et nos Geuehardus, henricus, fridericus et albertus, fratres, Recognoſcimus et tenore preſentium publice proteſtamur, quod nos de pleno conſenſu omnium heredum noſtrorum damus et donamus ſeptem manſos proprietatiſ noſtre cum omni iure et utilitate, ſitos in Emmedhe, venerabili halberſtadenſi eccleſie perpetuo poſſidendos. Promittimus inſuper et nos obligamus literas per preſentes, quod eccleſiam halberſtadenſem eximere debemus et abſoluere ab omni uexatione et impetitione, qua ipſam ratione predictorum Manſorum quiſquam impetere uoluerit ſeu uexare. Damus nichilominus et preſtamus predicte halberſtadenſi eccleſie veram iuſtam et firmam warandiam ſuper manſis predictis preſentium teſtimonio litterarum, quas nos Geuehardus, henricus, fredericus et albertus, fratres ſupradicti de aluenſleue, ſigillo patris noſtri domini Geuehardi fecimus roborari. Actum et Datum aluenſleue, anno Domini Milleſimo CC. LXXXIII., XII. kal. Marcii.

Nach dem Orig. des Königl. Provinzial-Archives zu Magdeburg.